



ME

2

Dear Yd 920° 4°

9

2

G. q. 106. a.

48

MONVMMENTVM  
AMICITIAE,

QVOD

*JUUE NI ORNATISSIMO,*  
**AUGUSTO ANDREÆ  
MATHISSONIO,**

OPTIMAE SPEI ADOLESCENTI,

CVM

D. XV. CALEND. SEPTEMBR. A. P. C. N. cIcIccXXXVIII.

E VIVIS EXCEDERET,

PONERE DEBVERVNT

PRIMI ORDINIS LATINI CIUES

IN PAEDAGOGIO BERGENSI.

---

MAGDEBURGI,

TYPIS GABRIELIS Gotthilf FABRI, PRIVIL. TYPOGR.



MAGNA OTUS  
TITANAM



iccine AMICE, cadis? tristes tibi soluere  
 honores  
 Fata iubent, funusque TVVM decorare  
 cupresso.  
 O lacrumis ter digne piis! (has moesta  
 querelas  
 Berga refert, ululansque quatit sua pectora pugnis)  
 O lacrumis ter digne piis! cur flore iuuentae  
 Spemque mihi, vitamque TIBI mors liuida tollit,  
 Ut viridi in prato rosa, purpureusve hyacinthus  
 Falce cadit, vitamque tremens exhalat odoram?  
 O nimium merito TE plorant moenia Bergae!  
 Qualis eras? Qualis de TE nos pauit inane  
 Spes fallax? ast vota Deus pia sparsit in auras.

O quoties vidit TE Aurora incumbere ad artes,  
Peruilegumque vagos studiis expellere somnos!  
Non tamen, ut sueuit, potuit TE fallere Musa,  
Ventoque expletum remouere a fonte salutis.  
Namque recusantem tandem diuinus amantis  
Vicit amor Christi, & multo cum traxit amore,  
Adque crucem flexit! Quoties ad vulnera tecum  
Melliflua admoti dulcem hausimus inde cruentem!  
Non equidem sine labe TIBI TUA vita fluebat;  
Mundi exosus amor turbabat saepe quietem,  
Hostis carne latens saepe adfectare coronam  
Cœpit & antiquas renouare vaferriimus artes;  
Viribus ast agni & diuino sanguine victus  
Terga dedit constansque fides certamine crevit.  
Iam vero astra petens vitreum conscendis Olympum,  
Perruptisque animus vinclis sine carcere surgit.  
Qualis ad alniferas Mæandri fluminis oras  
Cycnus Tyro secat trepidis pectum aëra pennis;  
Haurit non solitas oculis & pectore flammis,  
Sub pedibusque stupet pontum nubesque volantes:  
Talis iam elatus speratas pergis ad arces  
Mirarisque nouas sedes & iudicis ora.  
Quo me Musa rapis? quae lux circum ora coruscat?  
Quos ego conspicio? quibus illi vestibus adsunt?  
Quos sese ore ferunt? hem! quanta in luce resurgent!  
Pars citharis resonare docet cœlestibus auras;  
Pars voce obloquitur numeris, & guttura crispat;  
Stant vicina modis stupefacta sonantibus astra,  
Jamque videt superantem æthras seraphinica turba

Speratum semper ciuem, gaudetque videndo.  
Quanta ipsis placidum suffundunt gaudia pectus!  
Ter saluere iubent ac umbris undique cinctum  
Ad regis solium sponsi comitantur ovantes.  
Felix umbra mihi! non amplius acta procellis  
Aeterna degis non nubila secla quiete!  
Laetitia TE vestis, late sua lumina spargens  
Exornat, laurusque nitens & purpura Christi.  
Vtere, CHARE, bonis, quæ morte paravit Jēsus,  
Qui nobis sortem cunctis concedat eandem.  
Jamque vale extremum, lacrumis dignissime nostris:  
TV fugis, ast animo nobis TVA viuet imago.



78 M 350

ULB Halle

001 592 122

3




56.

Petro V



B.I.G.

Farbkarte #13



48  
VIMENTVM  
MICITIAE,  
QVOD  
ORNATISSIMO,  
TO ANDREÆ  
HISSONIO,  
SPEI ADOLESCENTI,

CVM  
TEMBR. A. P. C. N. cIcIccXXXVIII.  
IS EXCEDERET,  
VERE DEBVERVNT  
DINIS LATINI CIUES  
DAGOGIO BERGENSI.

MAGDEBURGI,  
S Gotthilf FABRI, PRIVIL. TYPOGR.